

TOMVS PRIMVS
COMMENTARIO-
RVM, VARIARVM

que resolutionum Iuris Ciuilis,

communis, & Regij,

DE TESTAMENTIS.

AUTORE PRÆCLARO VIRO ANTONIO GOME-
zio in Academia Salmantina Iuris Ciuilis professore.

*Ad Illustrissimum & Magnificentissimum D. D. Ioannem Tellez Giron, Comitem de
Vrueña, D. Offina, Moron, Archidona.*

Ex quarta Autoris recognitione.



CVM PRIVILEGIO
Salmanticæ, In ædibus Ildefonsi à Terranova & Neyla.

M. D. LXXIX.

Esta cassado à tres maravedis el pliego.

ILLVSTRISSIMO AC

MAGNIFICENTISSIMO DOMINO

Domino Joanni Telles Giron, Comiti de Vruca D. Oflu-
nae, &c. Sacrae Caesareae Majestatis Cubiculario

Maximo, Antonius Gomezus Iuris Ci-
vilis professor Salmantinus,

salutem dicit.



UOD FACERES O-

lent (Comes inclyte) qui immensa maria, atque terrarum spatia con-
ferunt; variaque rerum discrimina
subierunt: ut vel ea libenter narrent,
tanquam ille Homericus Ulysses: vel
summo cum fructu saepe numero mo-
numenti tradant: quò cæteri, qui ali-

quando in eadem pericula inciderint, aut leuius ferant, aut
facilius præcaueant, id mihi in hoc immenso Iuris ciuilis pe-
lago meritò faciendum putauit. Cùm enim (ut inquit diuinus
ille Plato) *Ἐπι παντός τε καὶ παντός καὶ τῶν ἀλλῶν προγόνων ἀπὸ πάντων τιμωρὸν ὄρον παρ ἑστί, καὶ σὺ γὰρ*

τὸ πρῶτον, καὶ ἀγνοῦν ὄρον. eum semper ex studijs meis fructum concupiui,
qui mihi labori, alijs utilitati, quàm maximè esset. Atque etiam
ingratus (ne dicam iniquus) fortassè videri possit, qui lucu-
brationes suas sibi soli & prodesse & perire velit. Præterea
cùm iam confectum ætatis meæ spatium, cùm in scholis, tum
in iudicijs animaduertentem, multaque & legendo & longo
rerum vsu, vel à veteribus obscure tradita, vel sapius ommissa,
vel etiam noua colligerem, operæ pretium me facturum pu-
taui, si tanquam *Ἀργεῖμας ἕως* diuturnoque labore fractus, cæte-
ros quasi ex specula quadam admonerem, viamque ad por-
tum studiorum optatum præmonstrarem. Quam equidem
operam, atque senescētis ætatis fructus, an tibi dicarem, co-
mes illustrissime, diu multumque dubitavi. Nam quicquid

De testamen. A 2 ego

3

Commentariorum, variarumque Resolu- tionum Iuris Civilis, Communis, & Regij Tomus Primus.

DE TESTAMENTIS.

PRO OE M I V M.



COGITANTI MIHI, QVOD PRÆCLARE DIC-
cebat ille medicorum facile princeps Hippocrates, hominis breuem esse vi-
tam, artem longam, experientiam periculosam: ad in nos huius iuris prudentia
versissime quoque usurpari posse videtur. Tanta est enim librorum, qui in ea
scripti sunt, moles & vastitas: ut dicitur triplex hominum etas eos percurren-
do (sic dicam legendo atque cogitando) posse sufficere: scientia vero adeo lon-

ga est: tot nouis passim emergentibus negotijs, dubijs, contrarijs hominum opinionibus in toto Iu-
ris Civilis corpore dispersis, ut cum ad metam peruenisse vites, te in medio cursu defecisse, loquun-
que itentibi adhuc conficiendum sentias. Experientia denique cum & dubia sit & pro consuetu-
dine locorum diuersa, atque saepenumero ab ipso iuris prudentia fonte exorbitans, tot praesertim
antiquis legibus abrogatis, tot nouis Regum & principum constitutionibus, tot ciuicatis enascenti-
bus consuetudinibus, nihil fere certum quod sequaris inuenias: & cum vnum quid didiceris,
aliud quoque addiscendum & experiendum esse animaduertas. Atque (ut verum dicam) ea co-
gitatio me maiora scribere in grossum saepenumero reuocauit: ne dum lucem dare rebus cogito,
etiam tenebras nouis meditationibus afferam: atque ut est in proverbio Nauias ut aduert. Opus
itaque excogitavi, quo breuiter, clare, dilucideque, omnia que hodie in iudicijs & practica versan-
tur, ex utroque iure, & doctorum disputationibus contrarijsque sententijs traderem. Cum enim
in ceteris omnibus rebus, omnis perspicuitatis principium sit ordo: cum sequuti sumus, in quo ma-
xime gloriari possumus. Nam totum ius civile cum tripartitum sit, nostros quoque Commenta-
rios in tres Tomos fecimus. Primum autem de Testamentis, ceterisque, quae ad testamentum vltimas
voluntates spectant, fecimus: Secundum de Contractibus atque alijs conventionibus, quae quotidie
inter homines tractari solent: Tertium denique de Delictis eorumque diuersis penis subsequi vo-
luimus. Quem ordinem etiam auctiorem fecimus per singula capita, atque ita prosequuti sumus
in omnibus diuisionum membris: ut admirabili quadam facilitate totius Iuris Civilis ideam quan-
dam, & in omnibus sese offerentibus negotijs, velut quoddam pensu semper ob oculos habeas. Pri-
mum igitur de hereditatibus, quae ab intestato deferuntur, sermonem instituiimus. Cum enim cir-
ca huiusmodi successiones propter rupta, irrita, vel non confecta testamenta magnas odiosasque
lites passim exoriri videamus, ordinis suscepti rationem ita me seruare posse putavi: si ab eis exor-
dium dicendi facerem. Ea enim tantum in ceteris libris prosequi decem, quae hodie in iudicijs agi
tari & dubitari solent.

De testamen. A 3

COMMENTARIORVM
variarumque resolutionum Juris ci-
uilib, communis, & Regij, To-
mus Secundus.

DE CONTRACTIBVS.

AUCTORE PRAECLARO VIRO ANTONIO
Gomezio, in Academia Salmantina Juris Ciuilib professoze.



Cum Priuilegio.

SALMANTICÆ,

In ædibus Dominici à Portonarijs,
C. M. Typographi.

M. D. LXXVII.

Commentariorum, Variarumque Res- olutionum Juris Ciuilis, Communis, & Re- gij, Tomus Secundus.

DE CONTRACTIBVS.

IN VPRO OE MI VM



ABSOLVTIS ijs quæ pertinent ad vltimas testantium voluntates, ordinis ratio postulat, vt ad secundam Iuris Ciuilis partem, quam de Contractibus esse volumus, accingamur. Cuius tractatio eò mihi iucundior fuit, clariorique luce & compositioni ordine indigere visa est, quòd apud omnes ferme Gentes & populos circa contractus molestas odiosasque passim lites exoriri viderem. Potissimam verò operam dedi, quòd facilior & clarior nostra de Contractibus procederet oratio, vt quæ multorum opinionibus esset inuolutum, explicarem: quòd varietate obscurum, clarè redderem: quòd multis Iurisconsultorum responsis exuberans, varieque diffusum, ordine tractarem: quòd multorum hominum tumultuosis disputationibus, & molestis clamoribus obturbatum, sedarem: totam denique hanc materiam sic temperarem, vt etiam iuuenes per immensos spinososque Iuris Ciuilis campos spaciari nunc eòdem summa cum voluptate & fruètu possint. Hac enim tempestate eò venit multorum, qui de Iure Ciuili scripserunt, cum temeritas, tum impudentia: vt verè nunc demum dicere possimus, quòd est apud Euripidem in Hippolyto.

No v. A. ingi d'quis...
Κατω ταν, ασα περ...

Adde etiam, quòd huiusmodi indigesta scriptorum moles, passimque Doctorū opiniones per varios, anfractus & titulos dispersæ, studiosam Legum iuuentutem ab honesto instituto auertunt, atque etiam constanter in aditæ Iurisprudentiæ ingressam in obscuras precipitant tenebras, in contrarias sententias trahunt, in turbulento errore conyiciunt: denique in desperationem plerumque adducunt. Nos igitur hanc totam de Contractibus tractationem quindecim Capitibus breuissimis & facillimis absolui mus: ita vt ad titulum, ff. de verborum obligation. tutus accedere, totamque eam materiam facili methodo intelligere possis. Cum autem hominum causa (vt præclare docet Hermogenianus in l. 2. ff. de statu homi.) Ius omne sit constitutum, primò de personis, quæ possunt contrahere, vel non: ac post de cæteris, his proximos, atque contumètos applicantes titulos, vt res patitur, dicemus.

De contract.

A 2

DE PERSONIS QUAE

possunt contrahere
vel non.

CAPVT PRIMVM.

SVMMARIVM.

1. Princeps an possit contrahere cum subditis.
2. An filius familias possit contrahere.
3. An seruis possit contrahere.



ISTA est subtilis & quotidiana materia omnium contractuum, quam resolutiue ponit in. l. prima. ff. de verbo. obligat. pro cuius perfecta introductione & declaratione cā diuido in quatuor partes. In quarum prima tractabo, quæ personæ possint cōtrahere vñ nō, qā in quolibet actū vñ negotio, in primis querendum est de persona, vt in. l. si queramus. ff. de testa. In secunda, quæ sint genera contractū. In tertia quæ sunt qualitates eorum. In quarta, quibus modis tollatur & extinguatur contractus, virtus & effectus eius. Quo ad primam igitur dico, quod regulariter omnis persona pōt contrahere, nisi lege reperitur prohibita. tex. est formalis & expressus in. l. sicut ab initio. C. de actionib. & obliga. & ibi glo. or. & commu. Docto.

Ex qua regula inferē, quod Princeps, Imperator, Dux, Comes, vel quilibet alius dominus temporalis, pōt contrahere cū subditis suis, & inter eos oritur efficax actio, & obligatio ex omni cōtractu. tex. est in. l. Cesar. ff. de publica. & vesti. & in tantū hoc est verū, vt procedat & habeat locū, etiā si princeps vel Imperator vendat rē penitus alienam, qā pōt præiudicare domino, & nō habet actionē contra possessorem, sed cōtra principē & fiscū eius, intra quadrienniū. text. est in. l. bene à Zenone. C. de quadri. præscr. tex. in. §. si. Instit. de vsuca. & vtrouque com. doct. itē etiā licet actus vel contractus cū alio non valeat; cum eo tñ sic, quia videtur dispensare. tex. est capitalis & expressus in. l. si. C. de do

na. inter vir. & vxorē vbi habetur quod licet donatio inter maritū & vxorē non valeat; tū illud est verū inter priuatas personas: secus tñ est inter regias personas. tex. in. l. cū multa. C. de bon. quæ. libe. vbi disponitur quod quando Rex, vel Princeps donat aliqua bona filio familias alicuius priuatæ personæ, nō quaritur patri vsusfructus eius: ex quibus infert Bald. in. l. princeps. ff. de legibus. secunda lectura. q. talis Rex vel Princeps potest in situere filium spurium: & videtur cū eo dispensare. sed pulchrū & subtile dubiū est, an talis Rex vel Princeps obligetur ex tali cōtractu naturaliter & ciuilitè, vel naturaliter tantū. & breuiter & resolutiue magis cōmuni opinio est, quod obligetur tantum naturaliter, nō autē ciuilitè. & quod illa naturalis obligatio sola sit efficax ad agendum. Itā pbat tex. in. c. 1. extra de probat. & cibi tenet Anto. Abb. Imo. & alij. doc. & istā dicit magis cōmuni. opi. Philipp. Deci. vbi & confirmatur ratio: quia cū obligatio ciuills immediate proveniat & oriatur à iure iure ciuili. vt in. §. 1. Inst. de obliga. & Rex vel Princeps nō subijciat legibus, vt in. l. princeps. ff. de legibus. ergo nō obligetur ciuilitè: sed tantum naturaliter: & illa sola naturalis obligatio sit efficax ad agendū, sed his nō obstantibus ego tēneo cōtrariā sententiā. Imo quod Rex, Princeps, vñ Imperator obligetur in cōtractibus tā ciuilitè quā naturaliter vera & incōuincibili ratione, qā licet sit solutus legibus, tñ in dubio cōtrahendo cū subditis videtur se submittere legum dispositionibus. vt in. l. princeps. ff. de legibus. tex. in. l. est receptum. ff. de iuris. omni. iud. tex. in. §. 1. Inst. quib. mo. test. in. l. i. tex. in. l. bene à Zenone. §. 1. C. de quadri. præscr. not. & expressè in. l. 1. §. si. ff. de offi. procu. C. de. vbi habet q. per additionē hereditatis princeps efficaciter obligatur. & in terminis istā sententiā & conclusionē contra cōmuni tenet Bald. in. l. princeps. ff. de legibus. Aretinus in dicto. c. 1. de proba. & ante eos tenet Albe. in. l. 1. ff. de offi. pro-

mus aliquid immutatum. & istam rationem
sentit subtiliter Bald. in l. ea. l. C. de condi. ob
causam. prima columna. idem Bal. in l. prima.
C. de vsu capio. p. donato ubi dicit quod in ac
quisitione dominij etiam hodie requiritur tra
ditio, quia principia naturalia non debent nec
possunt in totum remoueri ab actibus homi
num. ergo hodie bene sufficit illamet nuda &
siuaplex traditio & detentatio sine aliqua pos

sessione sicut de iure naturali. ex qua commu
ni sententia & ratione infero vnum nouum &
subtile, quod si mediante titulo tradatur res &
similiter plena possessio eius dominium quaer
ritur ex titulo & nuda simplici traditione, &
detentatione non vero ex ipsa possessione. &
in terminis ita tenet Petrus de Bella Pertica in
l. licet. C. de acquirenda possessione. reputans
subtile & singulare ad multa.

F I N I S.

S A L M A N T I C A E,

Excudebat Vincentij à Portonarijs.

M D L X X V I I.

DE DELICTIS,
COMMENTARIO-
RVM, VARIARVMQVE
resolutionum Juris civilis, com-
munis, & Regij, Tomus Tertius:

AUCTORE PRAECLARO VIRO ANTONIO
Gomezio, in Academia Salmantina Juris Civilis professore.



Cum Priuilegio.

SALMANTICÆ,

Ex typographia Ildefonsi à Neyla.

M. D. LXXVII.

Commentariorum, variarumque
M V R E S O L U T I O N U M I U R I S C I V I L I S, C O M M U N I S, & R E G I J, T O M U S T E R T I U S.
D E D E L I C T I S.

PROOEMIUM.

HACTENVS QVÆ AD TE-
stamentorum, contractuumq; formam pertinet,
satis superq; tractasse mihi videor: hoc nunc reli-
quum est, vt ordinis suscepti memores tertiam Iuris
Ciuilis partem, eamq; meo iudicio potissimam,
quam de delictis fecimus, aggrediamur. Cuius tractatio eo mi-
hi dignior visa est, in qua omnes nervos intenderē, atq; quem-
admodum in extremo actu Comici solent) maiori cum fructu
ac voluntate ad finem suum perducerem: q; hæc iustitiæ pars,
non solum inter nostros, verum etiam inter barbaros & cete-
ros, qui moribus reguntur, homines, tantam vim habeat, vt bo-
nis præmia, cōtra verò malis supplicia proposita esse videam?
Honor enim & supplicium (vt dicebat Theophrastus) fidelissi-
mi sunt rerum publicarū, omnisq; humane societatis custodes:
atque ob eā causam, pœnā ac beneficium Assyrios pro dijs co-
fuisse sollicitos arbitror, q; malefactorū vindicta, homines ad be-
nè honesteq; viuendū prōptiores euadere, impunitatis verò spe
mortalium animos criminibus inuitari cernerent. Effecit igitur
tūm diturnus atque improbus labor, quē iā a primis adolescē-
tiae annis iuri dicēdo insumpsimus, tūm frequens & assidua in
iudicijs exercitatio, vt cōfidentius & vt spero, pari cū utilitate
hunc tractatū absoluerē: in quo, præter antiquas Iurisconsulto-
rum contrariasq; sententias, quas cōposuimus, iuris vtriusque
decisiones, quæ variè diffuseq; circa crimina agitari solēt, sic in
vnū coegimus ac tēperauimus, vt & veterū legum sanctionib⁹,
& cōsuetudinis iure (suas enim quæq; res publica, variasq; pœna-
rū formas pro sapientū virorū arbitrio sibi constituit) vti possis.
Primum igitur de delictis in genere, ceteras deinde adplicates
criminum species, constitutæque illis iure supplicia dicemus.

- nium.
82. Post mortem delinquentis sententia contra eum lata transit contra heredes quo ad
83. An heres delinquentis possit petere post eius mortem, vel declaretur per iudicem delictum non esse commissum.
84. In delictis privatis an extinguatur pena
85. Post mortem accusatoris & sic eius qui passus est delictum, an extinguatur delictum vel transeat ad heredes.
86. Accusatore defuncto, an alius vel iudex ex officio possit proseguere accusationem.
87. In delictis, an & quando habeat locum remissio.
88. Quando plures commiserunt delictum, an sententia lata in vno prosit, vel noceat alteri.
89. In delictis connexis sententia lata in persona vnus, prodest socijs non vero nocet.
90. Sententia contra delinquentem, an noceat ei, ad quem pena peruenit in consequentia.

plex. Prima, quia illud quod fit in offensam Dei, dicitur fieri in omnium iniuriam. Secunda, quia si quilibet de populo non posset accusare, tale delictum remaneret impunitum: ex quo nulla privata persona esset offensa. Ita probat text. in l. 4. C. de hereticis. & ibi Iacobus Butri. Odof. Cinus, Bald. Sal. probat etiam tex. in l. quod senatus. ff. de iniurijs, & in expresso istam sententiam & conclu. tenet Bart. in ista. l. 1. de publi. iudi. 2. colu. Imo. in. colu. & commu. alij docti. habent. l. eos. C. de accusa. 4. colu. Anania in cap. de maledictis. 14. colu. Ange. de Arc. in. §. in. de publi. iud. si. colu. Ex quo intero declarationem ad pragmaticam primam huius regni lib. pragma. qua punit blasphemum vt accusatio competat cuilibet de populo, qua lege noua & pragmatica canetur, quod blasphemus puniatur pro prima vice, vt sit captus & detentus in vinculis per mensem: pro secunda in pena exilij per sex menses, & mille dipondiorum: & pro tertia publice figatur sibi lingua; nisi sit persona posita in aliqua dignitate, vel qualitate: quia tunc pena secunda duplicatur: vt habetur in dicta pragmatica. circa quam se offert notabile dubium, de quo saepe in isto regno dubitatur. f. isto mensis in quo blasphemus debet esse captus & detentus in vinculis, debeat esse continuus vel sufficiat quod sit interpolatus, & videtur quod sufficiat, quod sit interpolatus. Primo argu. text. singularis in lege. Pan. §. fin. ff. de liberali causa. vbi habetur quod si dominus iussit & disposuit, quod seruus sit liber si seruiat Titio per triennium, & medio tempore aufugit, & post reuersionem compleuerit illud triennium: censetur impleta conditio, & erit liber. & ibi notat & commendat glo. ordi. Rayne. & illa reputat singu. & vni cum Romanus in. l. fin. §. quotiens. ff. de publi. & vecti. & in terminis in nostra. q. p. ista opinione illum textum summe notat & commendat Iaso in. l. si idem cum eod. ff. de iuris. omniaud. 2. column. in fin. Secundo pro hac sententia & conclu. facit text. in dicta glo. ordi. l. 1. C. si mancipium ita sue. alien. vt manu. vbi probatur quod regulariter tempus appositum in aliquo actu. vel dispositione non requiritur pro forma quod sit continuus, sed sufficit esse interpolatum, quod reputat ibi singu. Salic. & alij docti. qui ex hoc inferunt, quod si doctor debeat gaudere certo privilegio, si legerit per aliquod tempus, sufficit quod legat per tempus interpolatum, quod

Blasphemi pena.

3 Dubium.

Propositio.



V. P. R. A. visum est de materia vltimarum voluntatum, & similiter de materia contractuum, nunc restat videre de materia delictorum, quam resolutione pono in ista. l. prima. ff. de publi. in. di. quae erit valde utilis & necessaria in nostro regno & republica, quia de iure communi non reperitur sic collecta, & ordinata. Et quodlibet delictum, eius penam & materiam magistraliter resoluan, tam de iure communi, quam regio. In qua maxime insudant per plures annos, tam eam legendam, quam etiam pauperibus captis & incarceratis adiuuando, & in eorum defensionem practicando. Pro cuius introductione & perfecta declaratione materiam dico, quod aliqua sunt delicta publica, aliqua sunt delicta privata. Publica sunt illa, in quibus accusatio pertinet cuilibet de populo. Quod declaro proponendo aliquas regulas generales. Prima regula sit, quod omne delictum, quod principaliter respicit offensam Dei, dicitur publicum, & in eo quilibet de populo potest accusare, cuius ratio potest esse du-

Diuisio generalis delictorum
Delicta publica
1. Regula

Cadaver reus cōdemnatus & iam suspensus antequā
puniti an sepeliatur possit tradi medicis & chirurgicis
possit da ad anatomiam faciendam. & certè iure non
ri chirur- reperitur sed Bartol. tangit hoc in l. fina. ff. de
gis ad ana- vada. puni. & relinquit indecisam. similiter
tomiam. etiam tangit Anania in cap. secundo. de fur-
tis prima colum. in fine. & relinquit cogitan-
dū. Sed ego teneo quòd possit tradi. i. quia
quādo aliquid omnibus prodest in commu-
ni, praefertur vtilitati priuatæ. tex. est in l. vni-
ca. §. ff. C. de cadu. tollen. secundo & in specie

facit tex. in l. q. reipublicæ. ff. de iniurijs. vbi
habetur q. iudex nō facit iniuriam, si aliquid
facit intuitu reipublicæ, licet tendat in contu-
meliam alicuius privati. & in expresso isto
fundamento & consideratione istam sent. &
cōc. tenet Phil. Decius in l. imperiū. ff. de iur-
ris. omni. iudi. 3. columna. num. 17. & nostris
tēporibus anno præterito. 1550. Imperator
noster & eius regale consilium misit Salmā-
ticæ, vt Vniuersitas nostra daret in hoc con-
siliū, an liceret vel non. & respon. q. sic.

F I N I S.

S A L M A N T I C Æ,

Ex typographia Ildefonsi à Neyla.

M. D. LXXVII.